



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

111. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Celso. Placentina, seu  
Abulen. decimarum. Lunae 15. Maii 1651.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

manit Rot. in Gadice, Præfimonij 2. Decembris 1648. coram bononem, Arguelles; Inq. quia idem Cachetanus imperavit Canoniatum tanquam vacantem per obitum; Andreas verò per Coadiutoriam non dicitur habere patem titulum, Nam ad hunc effectum non sufficit quod titulus procedat ab eodem fonte sed debet esse eiusdem speciei et dixit Rot. dec. 700. n. 7. par. 1. rec. & dec. 641. n. 1. & per tot. par. 4. in Terulen. beneficij coram Litera post Marchel. de commiss. par. 1. fol. 374. sub n. 2. coram Duran dec. 430. n. 9. & 10. in Vices. parochialis 1. Junij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonatus 25. Junij 1649. coram Eminentijs. Card. Oribobono.

11. Tandem pro parte Cachetani opponatur, gratiam coadiutorie non esse habendam in consideratione vti registratam post impetratas ab ipso literas, Nam ante registrationem non tribuit ius considerabile, cum sit in manu Papæ, & eius officialium illam non admittente, cassare vel lacerare, vt aduertit Paris. de resignat. lib. 2. g. 2. n. 7. & lib. 8. g. 7. n. 196. Gonzal. ad reg. gloss. 15. §. 2. n. 32. & 33. Galz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 16. Sarnen. super reg. de iure quæstion. 101. g. 6. n. 2. & 9. 10. in fine Rot. dec. 91. num. 3. par. 1. diuers. super ita ead. par. dec. 101. in fine, & dec. 794. num. 2. & in rec. 68. n. 6. par. 1. Inde quia ante registrationem nullum ius considerabile tribuit, eius mentio, seu derogatio Regulæ de iure quæsto non tollit, necessaria non est vt inquit, idem Sarnen. super d. reg. quæst. 20. num. 3. vers. quia antequam.

12. Et licet replicetur ex aduerso supplicationem non apparere laceratam & potentiam lacerandi longè distat ab actu lacerationis ex adductis per Nau. conf. 504. num. 2. vers. non enim Rot. dec. 534. n. 3. rec. Tamen idem videtur esse quod Papa mandet supplicationem lacerari, & quod medio tempore alteri prouideat, nam prouidendo censetur implicite declarare, quod prima gratia non debebat habere effectum suum vt bene in simili ponderat Gabr. conf. 80. n. 19. lib. 1. Rot. dec. 791. n. 1. par. 1. diuers.

13. Huiusmodi fundamentum, quod plene, & concludenter ab allegante probari debet, deducebatur ex parca extracta ex libro registratoris, in quo supplicatio adnotata legitur de mense Martij 1650. & sic post obitum Coadiutori secutum de mense Nouembris 1649. & expeditas literas à Cachetano; sed talis probatio visa fuit Dominis non sufficere in presenti casu, quia descriptio in libro non concludit registrationem fuisse factam de eo tempore, quo repetitur adnotata, cum huiusmodi supplicationes non soleant semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses postquam in registro secreto fuerunt registratæ, vt deponit Laurentius Officialis publicus Datarie, & Registrator supplicationis controuersæ, qui cum fuerit ex aduerso inductus, & seru. seru. examinatus rectè probat contra inducentem Gabr. de Testib. conclus. 1. n. 14. Rom. conf. 104. sub numer. 6. Sard. dec. 184. num. 18. Rot. coram Seraph. dec. 295. num. 6. & coram Buratt. dec. 53. eod. n. 17. in Assisten. permissoria coram Manzanedo penes Cinc. de Consil. dec. 129. n. 2.

14. Vel saltem negari non potest quod attentata prædicta depositione probatio Cachetani remaneat turbida; Itant non valeat retardare executionem anterioris gratiæ Apostolicæ ad fauorem Andrea; Rot. coram Buratt. dec. 805. num. 10. & in Eugubina pensionis coram Manz. apud Poss. de manut. dec. 109. n. 4. cum alijs per Marchel. de commiss. par. 1. fol. 121. n. 115.

15. Et simili responsione tollitur obiectum deductum ex partita libri Componendæ, nam in dicta partita concludit quidem tempus descriptionis non autem solutionis, cum possit esse quod Minister distulerit illam adnotare, quæ sola possibilitas efficit quod probatio

Tom. VIII.

non dicatur concludens Rot. in Concorden. Scholasticæ 13. Nouembris 1613. coram Pivouano, & in rec. dec. 413. num. 3. par. 1. Et cum vis consistat in tempore probatio debet esse concludens etiam respectu temporis cap. in presencia de probat. Rot. dec. 371. n. 3. par. 4. 10. 2. recent. in Abul. Portionis 14. Junij 1647. coram me, & in Meletiana Censur 13. Febr. 1650. coram Eminentijs. Card. Oribobono.

Et ita decimam partibus hinc inde informantibus.

## DECISIO CXI.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cels.

Placentina seu Abulcæ. Decimarum.

Luna 16. Maij 1651.

§. 1. Informantes pro Decano, & Capitulo Placentinæ, & Parocho de Paraleda, & lit. consorti. non renouabant in dubium quod testes pro Monasterio examinati concludenter probant immemorabile quasi possessionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, sed excipiebant eosdem testes fuisse nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium prædictum est de dominio Monasterij, & Monachorum Vallis Ecclesiæ, qui propterea non possunt ex eiusdem territorij fructibus decimas prætere, ne actio, & passio in eodem subiecto contra text. in d. l. Vranij. ff. de fideiuss. Rot. dec. 23. n. 2. par. 12. diuers.

2. Verum prædictis non obstantibus adhuc dd. præstiterunt in resolutis nam nullitas examinis deducta ex eo, quod Testes fuerint examinati eorum receptore recusato cessat per comparationes ex aduerso factas coram eodem per quas censetur à dicta reculatione recessum, & gratiam de offic. deleg. Abb. in c. cum speciali n. 12. in fine, ibique Franch. n. 47. vers. secunda esset, de appell. Butr. in c. ab Apostolica n. 6. de offic. deleg. in 6. Vin. com. opin. concl. 866. n. 22. vers. sed si post recusationem. Rot. in Teletana iurisdictionis 24. Martij proximi. vers. coram R. P. D. Oribobono.

3. Et tamen recusatatio deducta data in summo. Capituli sub n. 8. non erat attendenda vti facta à Ioanne Serrano de cuius speciali mandato proeura non constat prout requiritur ad hunc effect. ad text. in l. non solum ff. de procur. Paris. conf. 311. n. 112. lib. 1. Rot. coram san. me. Greg. dec. 368. n. 1. ibique Add. n. 8. & in rec. dec. 440. n. 2. par. 2. & dec. 233. eod. n. par. 5. quæ est Dur. dec. 178. n. 1.

4. Præsentio vero quod territorium controuersum sit proprium Monasterij Vallis Ecclesiæ, & proinde non possit idem Monasterium ex eo percipere decimas visa fuit dd. non reuelare, tum quia attentata immemorabili potest allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de soluendo deciman. contra ipsos exercere possit, Bald. in l. 1. n. 3. vers. nam ista ratio. C. de seru. & aqua. & conf. 24. in fin. lib. 4. Socin. conf. 86. n. 12. lib. eod. lib. Roland. conf. 66. n. 40. & seq. lib. 2. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 131. n. 44. Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 1. n. 6. 1. vers. item æquales.

5. Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex bonis quæ proprijs manibus, & expensis coluntur, sed ex terris alijs locatis, & à conductoribus, & arrendatarijs detentis, qui procul dubio tenentur ad decimas gloss. in clem. 1. verbo excolendus de decimis; & in q. verbo coloma 16. q. 1. Abb. in c. qua nobis n. 13. de decim. Socin. conf. 932. n. 3. lib. 1. Rot. a. dec. 121. n. 5. par. 2. diuers.

6. Unde non applicatur regula quod actio, & passio non possint stare in eodem subiecto quia non agitur de portione, & parte dominicali spectante ad eosdem Monachos, sed de rata, & portione diuersa pertinente ad colonos laboratores, & arrendatarios, super qua ipsi decimam ad exerceri

H h

exerceri potest, vt in simi: probat *text. in l. si adu. C. de hered. act. & faciunt notata per Bald. in l. si uxor. in princ. C. de her. au. r. i. l. d. possid. Modern. Perusin. de cens. lib. 9. fol. 107. in fine de sententia actio. & passio. lo. Marar No. uar. 9. forens. l. 1. q. 5. r. n. 3. uerf. sed si agitur.*

7. Non enim est nouum quod in materia decimarum diuersimodè, iudicetur de fructibus prout spectant ad Dominum fundi Decimatorij, ac prout spectant ad conductorem, seu colonum, vt probatur *ex text. in c. dilecti de decimis. gloss. in clem. 1. uerba excolendus ibique Vitalis. num. 200. & seqq. Imol. num. 13. & 14. eodem tit. Abb. cap. à nobis n. 1. & seqq. & in cap. tua nobis n. 3. 6. & 14. de decimis, Monet. eod. tract. cap. 5. quest. 1. n. 5. & n. 13. c. 6. q. 4. num. 39. & seqq. Suarez de Relig. 10. 1. lib. 1. c. 19. num. 13. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 7. c. 27. 9. 27.*

8. Prout pariter non applicatur Text. ex aduerso adductis in cap. licet iis de decimis, quia ibi solum deceditur quod exemptio à decimis concessa pro terris quæ propriis coluntur manibus non extenditur ad terras quæ aliis dantur excolendæ, & ideo coloni Partiarij, & Censuales priuilegiatorum simpliciter de non soluendo decimas tenentur decimas soluere de parte sua, vt not. Anch. in eod. c. n. 3. Abb. n. 2. Zabarell. in clem. m. col. 5. uerf. 22. quæ eod. tit. Canc. uar. res. par. 1. cap. 23. n. 4. Barthol. de iur. Eccl. lib. 5. cap. 26. §. 3. num. 19. & 39. & seq. Rot. coram Seraph. decif. 287. num. 2. & 3. In præsentem autem casum non agitur de priuilegio exemptiuo à solutione decimarum, sed de iure exigendi vigore immemorabilis, quæ ut late firmatur in decif. huius causæ habet vim veri, & legitimi tituli, ac priuilegij Apostolici etiam contra habentes intentionem fundatam à iure Rota post 2. vol. conf. Fatim. decif. 303. n. 3. & coram Pen. decif. 103. eod. num. & seqq. & firmatum fuit in Conuen. decimarum de Guazucuan. 31. Maij 1617. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & includit meliorem titulum de mundo, Rot. decif. 27. n. 8. part. 4. tom. 2. recent. & decif. 150. n. 4. & seqq. par. 5. & fuit dictum in Zamoreñ. anniuersariorum 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Melio.

9. Et eo facilius inclinarunt DD. pro confirmatione sententiæ Rotalis contra Capitulum Placentium, & Parochum prædictum quia tantum abest quod territorium de Alarza super quo cadit controuersia sit situm intra limites Parochiæ de Paraleda quod imò ex rationibus, & fundamentis deductis in decisionibus huius causæ RR. PP. DD. meis Bichio, & Pentingierio, appareat de contrario, itant præsentia assistentia iuris nullo modo possit inuare Parochum *c. ad decimas de restitu. spolia. Rot. coram Coccin. dec. 16. n. 1. & 2. & in recent. dec. 174. n. 2. par. 5.*

10. Non obstat, quod ex instrumento donationis factæ per Cimitatem Abulen. ad fauorem eorundem Monachorum constat de initio acquisitionis, & sic esset immemorabilis, quia instrumentum prædictum respicit dumtaxat dominium plenum territorij, non autem ius decimandi quod uti diuersimodè, & independens ab ipsa re, & à territorio prædicto nec comprehendebatur in dicta donatione, vt in his terminis firmavit Rot. in Tolercana decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram R. P. D. meo Perosio: nec poterat villo modo comprehendendi ex defectu potestatis, cum Ciuitas uti laica esset dicti iuris omnino incapax per *text. in cap. tua, & cap. adu. de decimis Rot. in Rauennaten. seu Ferrariens. Ecim. 25. Febr. & 26. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Cerro.*

11. Minus ualebat recantatum obiectum non integræ transportationis actorum desumptum ex eo, quod Aduersarius dixerit se aliquid extraxisse de lite nam id euenit non quia omnia acta non fuerint integrè transportata, sed quia processus non fuit coram eo absolutus factio partis aduersæ quæ curauit causam in Curia committi

antequam ille compleri potuerit vt firmatur in vtraque decisione huius causæ coram R. P. D. Bichio.

12. Demum quod non fuerit citatus Episcopus Abulen. cessat ex facto quia postquam ipse venit ad causam semper citatus fuit Alonfus de Salazar Procurator ab eo constitutus, vt apparet ex resolutione processus, quæ optime probat huiusmodi affirmatiuam ex adductis per Mascard. de probat. concl. 191. n. 1.

13. Cætera longa serie deducta, vel non indigent resolutione, vel remanent abunde sublata ex decisionibus in causa factis, ideo DD. persistenter in decif. partibus hinc inde informantibus.

## DECISIO CXII.

Sacra Rotæ Romana coram R. P. D. Celso.

In causa Tolercana Niuis.

Luna 13. Februarij 1651.

§. 1. **R**esponderunt DD. pro confirmatione decreti, seu sententiæ de Partibus: Nam quatenus concedit Fratribus, & Monasterio S. Mariæ de Atochia, vt possint recolligere, & congregare niuem, & gelu in ea quantitate, quæ est necessaria pro viti proprio. Iustitia illius non potest controuerti, cum niuem omnibus pateat, & vnicuique illam reponere licitum sit, vt inquit, *Parlat. o. rer. quorid. lib. 1. c. 3. §. 2. n. 14. Guierrez de gabell. p. 33. num. 54. & seqq. Laffari de decim. 2. end. & permut. cap. 1. n. 30. uerf. hinc est. & faciunt adducta per Ginzarell. decif. 34. num. 1. & seqq. licet loquatur ad alios effectus.*

2. Nec obstat Priuilegium Regis super huiusmodi recollatione concessum Paulo Xarquets Appaltatori eiusque successoribus priuatiuè quoad omnes per quod in specie prohibetur Ecclesiasticis, ne niuem congregare audeant, nam illud uti nullum, & inualidum ex defectu potestatis laicalis in personas Ecclesiasticas non venit attendendum *cap. quamquam de cens. c. Ecclesia S. Mariæ, ibique Dec. n. 7. Fel. n. 80. uerf. non obstat de constit. Can. bene quidem 96. ist. Au. cassas, & ibi DD. C. de sac. san. Eccl. Abb. in cap. à nobis n. 4. & seqq. de sent. excomm. Bursari. conf. 93. n. 10. lib. 1. Alex. conf. 220. n. 1. & seqq. & conf. 21. n. 3. lib. 2. Hond. conf. 3. n. 23. lib. 1. Lap. alleg. 101. n. 14. uerf. au. sim. Marani. disp. 8. & seqq. Boerius decif. 23. n. 1. & vlt. Rot. in recent. decif. 228. n. 8. par. 4. Romana seu Ianuen. locorum numerium 26. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Cerro, & vltima plures quos adducit Carol. de Grass. de effect. Cler. ess. per tot. disponit S. Conc. Trid. sess. 25. de reform.*

3. Quatenus verò, idem Decretum prohibet Fratibus mercaturam, & venditionem, illius iustitia controuertitur non potest, quia inuitur diuini rationis, & Canonice dispositioni prohibenti Clericis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi negotiationem *cap. fin. de vit. & honest. Cleric. c. 1. & c. secundum instinctum ne Clerici, vel Monachi can. 1. & seqq. 88. dist. Nat. conf. 530. n. 12. & seqq. Menach. conf. 12. n. 12. Reduan. de spoli. 9. 2. n. 34. & 86. Molin. de contr. disp. 342. n. 1. Rot. coram Burrat. dec. 908. n. 7.*

4. Vnde cum ex prædictis Iustitia sit clara, & indubitata, & validitas resultet ex resolutione Processus, merito responsum fuit pro confirmatione, Altera tantum Parte informante, &c.